PROCESSVS CAVSÆ,

Inter Instigatorem Iudicij Tribunalis Regni, & perfidum Marcum Iudæum, in eodē Tribunali Regni, Lublini, Feria quinta ante Festum S. Laurentij Martyris proxima, Anno currēti 1636. agitatæ:

DECRETVMQ;

In ea contra eundem perfidum MARCVM IVDÆVM latum.

QVI AD plurima enormia perfidæ suæ Gētis, toti notissima Regno, facinora, nouissimis hisce diebus commissa, horrendum, crudele, ac penè inauditum scelus, de sua quoq; truculentia, ex insatiabili odio, & siti sanguinis Christiani, adiunxit, violentas ac sacrilegas manus suas in Religiosum Laicum, nomine

PAVLVM, ex Ordine PP. Carmelitarum Discalceatorum inyciẽdo, eumq; miris excarnificando modis: in grauissimum non solùm sancti huius Ordinis, verum etiã totius Christianæ Religionis dedecus & contemptum. De quo quidem atrocissimo & impyssimo delicto, præfatus perfidus Iudæus Marcus, post longam, & exactam, ac diligentissimam inquisitionem, & discussionem causæ, post cuncta Iuris beneficia pro sua defensione concessa, post maturam ac seriam deliberationem Tribunalis Regni, ipsius Religiosi vitæ integritate, publico totius Ciuitatis testimonio, probatissimi, & à calumniis Iudæorum sua innocentia remotissimi; constantissima, inuariabili ac iuramentis firmata depositione, testium omni exceptione maiorum fide, libera tandem & spontanea criminis ipsius perfidi Iudæi agnitione & confessione, ad extremum euidentia facti, omnium oculis in Iudicio patentissimi, legitimè ac iuridicè conuictus, & communi ferè omnium voce, reus criminis & sanguinis Religiosi proclamatus, ac per Iudicium Tribunalis Regni, ad pœnam suo dignissimã sceleri, iustissimè sententiatus, & condemnatus: quam Feria tertia post Festum S. Laurentij virtute eiusdem Decreti, quoad singula eius contenta meritissimè subyt.

16563. II

C. R. BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Actum Lublini in Iudicijs Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni, Feria quinta ante Feſtum S. Laurentij Martyris proxima, Anno D. M. DC. XXXVI.

PRopoſuit inſtigator Iudicij præſentis contra perfidos Iudam, Hieremiam, Samuelem, Doctores: Victorem Moſchowic, Lewek Salomonowic, Iſaacum, Abrahamum Iſaakowic, Słoma, Rabbinos: Lewek Iozwowic, Lazâr Kalinowic, Samuelem Mendel, Moſcho Izraelowic, Kopel Samſonowic, Alexãdrum Materialiſta, Lewek Markowic, Samſonem Alexandrowic, Iowel Aurifabrum, Irſz Moyzeſzowic, Iozue Doctorem, Izaacum Kantorek, Iacobum Iankoſz, Abrahamum Moſcho, Iuſzko Kulawy, Ioachimum Nochan, Maier Szmuklerz, Seniores: Abrahamum, Izaacum, & Boruch, Bedellos, Szkolnik vulgò dictos, totamque vniuerſitatem Iudæorum, ciuitatem hanc incolentium, omnes generaliter & ſpeciatim ſingulos comprehẽdendo, faci-

do, facinoris infra scripti primarios Authores, personarum infranominatarum ad patrandum nefas atrocissimum subordinatores, directores: atq; superdestinatores; Tùm contra Marcum Iudæum Chirurgum, & contra Ioannem Smyth vocatum, natione Germanum, conditione (vt asserit) medicum, professione Lutheranum, laris incerti peregrinum, per ignotas vrbes, quęstus causa, errantem, ordinatione & directione principales executores, sceleris administratores, crudelitatis operatores, in manifesto flagitio deprehensos: necnon contra infideles Lewek, & Moscho, Iudæos, illum chirurgi Iudæi, hūc Medici Lutherani seruitores, & facto ac opera cōplices publica querela, vti in crimine effero, horrido, impio, Deo pariter & hominibus abominando inculpatos. Ideò quia ipsi præsertim Doctores, Rabbini, Seniores, & Scholnici, hominū Christianorum, maximè verò Religiosorum, hostes infensissimi atq; acerrimi, flagitiorum omnium, vitiorumq; principes; inflāmati scelere, occisi aliquot ante hebdomadas innocentis pueri,

& tot

& tot malorum ſuſcipiendorum cauſa, nefaria crudelitate improbas eorum mentes ad omnia truculenta ſtimulante, aliquot diebus poſt præſtitum in priori criminatione iuramentum interiectis, id vnum egerunt, vt ſuperius ſuū atrox facinus, nouo, eoq́; nunquam antea vllibi viſo, nunquam audito ſcelere, cumularent. Et cum non ſatis haberent, ex corpore innocentis pueri, immerito ſupplicio excruciati, totum ſanguinē ſuxiſſe, niſi etiā alicuius hominis Religioſi, quem purum animo & corpore crederent, venas ſcrutarentur, & ex ipſo tantùm ſanguinis, quantum ſuæ immanitati, & impijs ſuperſtitionibus ſufficeret, depromerent: obſeruârunt hominē piæ ſimplicitatis Religioſum, ætate quidem maturum, ſed vitæ innocentia, morumq́; integritate paruulum, nomine PAVLVM, RR. PP. Carmelitarum Reformatorum Laicum, errogandis eleemoſynis, à Superioribus Conuentus Lublineñ. deſtinatum, ipſis Iudæis & vniuerſo Ciuitatis huius populo, ex crebra, inter homines eleemoſynę petendæ cauſa, conuerſatione benè notum; hu-

 ius in-

ius innoxiam ſimplicitatem ſuis fraudibus illis, opportunā fore conſpicati, pręnominato Marco Chirurgo, vt hominem ad ſe quoquo modo poſſit, alliciendi bonam occaſionem captaret, præcipiunt; quod opus habeant eodem Religioſo, nimirum propter ſanguinem é corpore eius eliciendum, aperiunt, negotium vt impigrè ſuſcipiat, & cautè perficiat pro communi ſuæ execrabilis Religionis bono, rogant: Paret ille, Religioſum quo ſe vertat obſeruat diligentius, præfatum Medicum Smyth putatiuum, ſibi ante familiari conuerſatione iunctum, vt præſto ſit, dum ad eiusmodi lanienam vocaretur, precio conducit: Ecce autem fato ſic ferente, idem Laicus, à Superioribus ſuis ad certos benefactores hinc aliquot milliaribus pro eleemoſyna expeditus, die Dominico poſt Feſtum Sanctæ Annæ proximè præterito, proximo ipſo meridie, cum homines poſt Diuina officia alij pranderent, alij quieſcerent, plateà Iudaica tendebat. Quem cum idem Marcus Chirurgus, deſtinata iam ante animo ſuo hoſtili præda, ſolū conſpexit, obuium ſe ei dedit, & blandè

& blandè alloquens, vultu autem trucis facti imaginem præferens, vt domum suam paululum concederet, secretò aliquid auditurus, rogat. Facile persuasit callidus impostor, homini recto ac simplici, nihil mali suspicanti: domum intrat, secretum promissum audire parat. Sed Marcus non posse illud nisi in secretissimo conclaui edisseri causatus, supra tertiam vsque domus contignationem, in arctum quendam fornicem media domo situm, vnica duntaxat fenestella versus Synagogam patentem, ipsum perducit, vt consideat, petit. Adiungit se interim Lewek, famulus eiusdem Marci, & ipse occultè rabiem spirans, amicitiam sermone simulans: adest mox tertius ille Luteranus, quem ipsum Laicus Iudæum putabat, vultu enim & habitu similis, furore par cæteris erat, cum suo famulo Iudæo, nomine Moscho. Hi omnes crudeles ministri, lupi rapaces, non homines, destinati à suis principalibus, propositam à se tractaturi impietatem, Sacrilegas manus inijciunt miti ouiculæ, simplicissimo homini, querula voce vitam de-

pre canti

deprecāti. Ac primùm cingulo, quo præcinctus erat, discingunt, vestitum Religosum laceratum, vi detrahunt, deinde semianimē, in lectum huic immanitati paratum, proijciunt. Tùm vnus, Lewek nimirum, pectori eius insedit, & manus prehendit, Moscho pedes tenuit, ipse Ioannes Smyth sinum ipsum corporis, propè virilitatem nouacula aperuit, & ferreo stillo Chirurgico, venas ibidem concurrentes, subleuauit, atq; instrumento itidem ferreo, arreptas cum intolerabili patientis cruciatu Spatio vnius palmæ à corpore eduxit atq; scalpro incisas tenēs diutiùs, cum notabili virilitatis parte præcidit. Marcus verò Iudæus, sanguinem largè fluentem, duabus peluiculis æneis excipiens, incantatorium carmen, soli ipsi cognitum, funesto ore obmurmurabat. Peracta autem sanguinariâ ista nefanda sæuitie, & ferâ innocentis hominis laniatione, eundem corpore & animo ægerrimum, inter spem vitæ, & mortis periculum fluctuantem, ne cuipiam suos acerbissimos cruciatus ediceret, iusiurandi religione obstrictum, ad currum quo

veh

vehi debebát, aduentum eius propè Conuentũ PP. Franciſcanorum, præſtolantem, deduxerũt. Ille verò, ꝓ ſua ſimplicitate, iuramẽti extorti vinculo ſe teneri autumans, dolorem illum grauiſſimum diebus aliquot preſſit, & inſtitutum iter Obedientiæ proſecutus eſt; donec tandem mortis inſtantis periculo victus, Superioribus ſuis per literas in vim teſtamenti ſcriptas, reuocatus verò ab ipſis, Iudicio huic Tribunalitio oretenus, Principalibꝰ & cooperatoribꝰ ſupra poſitis, & Ciuitatis huius magiſtratu pæſentibus, & auſcultantibus, rem prout geſta eſt, iudicialiter expoſuit, ac fide iurata iterum atq, iterum confirmauit. Explicato itaq; iſto, ferinæ, non humanæ, crudelitatis ordine, petijt Inſtigator, gentem iſtã ſæuam ,immanem, ad omnem nequitiam proiectam, fædiſſimis criminibns coopertam, tam dira tragica, mala horrenda, ſub ipſa iurium publicorum luce, & Iudicij huius Maieſtate, in opprobrium Chriſti Domini, & eius Sectatorũ, audentem & patrantem, memorabili in om-

nem posteritatem exemplo affici, & ab eiusmodi ausibus in posterum coërceri.

In termino itaq; hodierno, ex eadem propositione legitimè in diem hodiernam cadente & eueniente, parte vtraque Actorea, Instigatore Iudicij præsentis personaliter, & Iudæo Marco Chirurgo, ac Ioãne Medico Smytth citatis, itidẽ vtrisq; personaliter, comparentibus & controuertentibus. Iudicium præsens Ordinarium Generale Tribunalis Regni Lublin: cõtrouersijs, & deductionibus, allegatisque partium diligentèr perpensis, eo attento. Quia præfatis inculpatis Ioãni Smytth (vt se haberi vult) Medico, & pfido Marco Chirurgo Lubl: Iudæo obijcitur violatio securitatis publicæ, sub tractu Iudiciorum præsentium Tribunal: prætensa. Ideò foro coram suo iudicio causæ huic, & parti citatæ adinuento, eidem procedere decernit cum Senioribus Iudæorum, causa ad decisionem actionis cum prę̨fatis Smyth & Iudæo Marco suspensa. Tandem cõpetenti actione adinuenta eidem citatæ parti respondere, atq; super vlteriores partium con-

trouer-

trouersias, directè respōdere decreuit. Postmodum inhærendo iuri publico, ad affectationem inculpatorum, concedit vtriq; parti dilationem inqsitionis in obiectione & causa præsenti; Die crastina coram DD. Iudicibus ad id negotium ex gremio Iudicij deputatis officiosè expediendum. Et post expeditam inquisitionem, terminum ad vlteriorem causæ istius prosecutionem, inter tactos terminos coram suo Iudicio præfigit & conseruat peremptoriè. Tandem termino ex inquisitione in diem & Feriam Secūdam in crastino Festi S. Lautentij, Anno eodē præsenti incidente, partibus suprascriptis personaliter comparentibus, ad postulationem partis inculpatæ, Iudicium præsens Tribunalicium rursus concedit eidem parti Testes, ad sufficientiam inquisitionis prioris induci. Post quos inductos & examinatos, priorum inquisitione vtriusque partis nlecta & benè perpensa, ex interuenientibus circumstantijs & rationibus, necessariū esse duxit præfatū Iudæum Marcum per torturas in præsenti obiectione examinari, ad easq; excipiendas

 (si ne-

(si necesse fuerit etiam per suppositionem ignis) ipsum ad Officiũ Aduocatiale Lublineñ remittit: cum Ioanne Illo Smytth, & alijs inculpatis & suspectis Iudæis, causa interea suspensa. Post peractas verò quæstiones, ad vlteriorem eius obiectionem, & causę prosecutionem terminum inter terminos tactos Feria Secunda ab actu hodierno proxima, hora ex arbitrio Iudicij ad id assumenda, partibus eisdem præfigit & cōseruat beneficio Aresti, si quidem terminus pręsens ex Aresto erat prosequendus Computato postmodum ex conseruatione præmissa termino in diem hodiernam nimirum Feriam Secundam in crastino Festi S. Laurentij Martyris, Anno præsenti incidente, causa inter Instigatorem Iudicij præsentis personaliter suo & à delatore Religioso PAVLO Laico comparens cum perfido Iudæo Marco in Iudicium præsens Tribunalicium introducta cum alio inculpato Ioanne Smytth prosecutione causæ ad tunc suspensa.

Post

Post controuersias, inductionesque partium, hoc idem Iudicium præsens Tribunal: Regni Lublin: quoniam perfidus Marcus Iudæus Lublineñ Chirurgus citatus & inculpatus, requisitus coram Iudicio præsenti liberè fassus est, & agnouit se supranominatum Ioannem Smyth, sine certo in Regno diuagantem domicilio, ad faciendam in Religioso Laico expressam in propositione Actoreæ partis lanienam induxisse, & in domum suam vocasse, preciumq; eo nomine, Medico illi putatiuo dedisse, & Domi suæ hoc in præfato Religioso per obediẽtiam ad Benefactores quosdam platea Iudæorum transmigrante facinus patratum esse, Iudæo veró (cui cum persona Religiosa quæ communicatio, quod consortium? innatum veró Christiani nominis odium) præfatũ PAVLVM piæ simplicitatis Religiosum, sine superiorum eius scitu, in domum suam inducere, multominus quicquam in læsionem illius, attentare licuit. Religiosus deniq; ipse licèt ob eiusmodi cruciatum æger corpore, & penè moribundus, mentis tamen & rationis benè compos in

cōpos in consessum Iudicij præsentis allatus, suā antea inscirptis in vi testamēti ad Superiores claustri sui expressam, in modo & forma violentiæ & oppressionis suæ, cōfirmauit relationem: & subsequenter per eundem Superiorem suum in præsentia DD. Iudicum ex gremio Iudicij deputatorum sub vinculo Obedientię sanctæ, qua ex religione tenetur, & onere conscientiæ ab ipsisque DD. Iudicibus requisitus, eidem præmissæ suæ firmissime persistit relationi, confesso, & querimoniæ.

Ideò Iudicium præsens, inquisitionibus insuper expressis cōfessatis inhærendo, decernit, quatenus prænominatus Religiosus PAVLVS Laicus, vim & violentiam sibi modo supra scripto illatam, & eandem in scriptis, & post oretenus approbatam relationem suam, iuramento comprobet corporali. Et quoniam is idem Religiosus PAVLVS Laicus in præsentia DD. Iudicum deputatorum Spiritualium & Sæcularium Subiudicis & Notarij Terrestrium Lublinēsium, ad id delegatorum, Ministerialisq; Generalis Regni Ho-

gni Ho-

gni Honesti Matthię Wilski, relationem & querimoniam suam formaliter corporali super imaginem Crucifixi comprobauit iuramento, vt id ex relatione personarum delegatarum constat: Iudicium præsens proinde Ordinarium attenta eiusmodi Religiosi comprobatione, tanti & inauditi pene criminis, ponderata atrocitate, super quam horret animus, stupent leges, & iustitia sancta sæuissimam exigit & prouocat vindictam, decernit hunc perfidum Iudæum Marcum Chirurgum, in tali & tanto crimine, ex præmissis conuictum, in partes per carnificem dissecari, caput eius palo extra ciuitatem in compitis viarum affigi, & partes cadaueris (vt & memoria huius impij aboleatur) igne cremari: idque die crastina exequi, pro talique facienda executione, eundem perfidum ad Officium Aduocatiale Lublinense remittit. Correxit Stoinski.

NICOLAVS STOINSKI
Notarius Terrestris Lublinensis,
Manu propria.

Locus ✠ Sigilli.

8 ..



CRACOVIÆ,

In Officina Typogr. Matthiæ Andreouień.

Anno Dńi 1636.